Venerabiles Dnj fres chariss. et honorandi. S. P.

Veniens Roma V. D. Stanislaus Hosius de Bezden frater noster Canonicus Varmien, et executor testamenti patrui sui Illmi olim D. Carlis, fuit apud me cu patre suo D. Joanne Hosio, scripto haerede eiusdem D. Carlis, indicaruntq mihi, Se uelle tractare ac transigere nobiscum ijs de rebus et bonis, quae alienata esse ab ecclesia nra per eum ipsum Carlem dicuntur. Facient igitur ff. vrae rem offo suo congruentem, ut unum aut alterum de collegio isto suo designent, qui huc ad certam diem veniant, et quae in dudum memorato nego=cio agenda sunt, vestro nomine nobiscum, et cum ipsis dd. Hosijs agant et peragant. Nihil autem prohibet, quo minus ij suo arbi=tratu diem aduentus sui deligant, ac de eo nos aliquot diebus ante certiores faciant. Elbingense negocium vrum post messem differtur. De eo quoq cum ijs, qui mittentur huc consultare poteri=mus. Incomodum enim mihi est hoc tempore istuc me conferre. Bene ualeant ff. vrae. Heilsbergae ult. die Junij. 1580.

Mart. Cromerus
Varm. Epus.

Wpilom.

23

V^{ci}libus Dnis Prælatis et Can^{cis}
totiq3 Capitulo Ecclæ nræ Ca:
thedralis Varmien. fribus ho:
noran.

2^a. Julij. 1560.
De Rsto Caido

240